HIERONYMUS
12. Jh.
Seite 48r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

& gloriam diuinę maiestatis assumens. in candidis
uidetur uestib⁹. Quodq; capilli eius lanę mundissi
mę comparantur. purum ostenditur sincerumq; iu
dicium. & nulla psonam in iudicando recipiens.
Senex quoq; describitur. ut maturitas comprobetur
sententię. Thronus eius flamma ignis ut peccatores
tormentorū magnitudinem ꝓtimescant. & iusti
saluentur. sic tamen quasi ꝑ ignem. Rotę eius ignis
accensus. siue currus eius. Et in ezechiel quadrigę
sedens inducitur dñs. & omnia dei flammea sunt.
De quo & alibi dicit. Dñs ignis consumens est. ut lignū.
fęnum. stipulam. arsura in die iudicii nouerimus.
Et in psalmis legimus. ignis ante eum ꝑcedet. & in
flammabit in circuitu omnes inimicos eius. Fluuius
igneus rapiduſq; egrediebatur a facie eius. ut pec
catores trahere in gehennam. Milia milium ministra
bant ei. & decies milies centena milia assistebant ei.
Non quo iste ministrorum dei numerus definitus sit.
sed quo maiorem multitudinē humanus sermo expli
care non quiuerit. Ista sunt milia & istę miliades. de
quib⁹ & in psalmis legimus. currus dei decem milibus
multiplex. milia lętantium. dns in eis. Et in alio loco.